

Reverendissimo Illustrissimo ac Excel-
lentissimo Domino,

D. FRIDERICO
CHRISTIANO
LIBERO BARONI DE
FÜRSTENBERG,

ECCLESIARUM CATHEDRALIUM
Paderbornensis , Hildesiensis , & Monaste-
riensis respectivè Præposito , Scholastico &
Canonico Capitulari , Ecclesiæ Archi-Diaco-
nalis Susatensis , nec non Collegiatæ Mesche-
densis Præposito , Ordinis Equestris S.Michaë-
lis Commendatori , Reverendissimi ac Sere-
nissimi Principis Electoris Coloniensis Statûs ,
ac Conferentiæ Ministro , Ejusdémque quâ
Episcopi Paderbornensis per Civitatem &
Diœcesin tam in Spiritualibus , quâm
Temporalibus Proprincipi & Di-
casteriorum Præsidi
&c. &c, &c.

Reverendissime, Illustrissime ac Excellen-
tissime Domine,

DOMINE GRATIOSISSIME &c.



Tinerantes, ne, dum fortè incauto pede
à vero tramite deflectunt, prorsùs hal-
lucinantes aberrent, aut Andabatarum
more procedant, sese passim in altum
elevare, & vel malos vel montes con-
scendere solent, quò quaquaversum
circumspicere, atque hac ratione ex an-
cipiti, dubioque viarum flexu eluctari
valeant; imò nec à Belligerantium more prorsùs alienum est,
quò magis in tuto sint, hostemve obseruent, sese monte tueri;
cùm itaque in eo, quod hisce quam demississimè oblatum eo,
Jurisprudentiæ Bivio per biennium incertus erem, & tempus
instet, quo pro Justitiâ & Legibus dimicandum est mihi, non
indignabere Reverendissime, Illustrissime ac Excellentissime
Domine, si ad Montem, quem Illustrissimum Nomen Tuum
præ se fert, cuíque tota totius Patriæ Salus inclinata recumbit,
confugiam Montium Principem, quod si mihi Gratosissimè
indulseris, non tantùm iter ad præfixam Studiis meis metam
deinceps habebo planum, sed & hostes vel ad configendum
provocare non reformidabo;

Reverendissima ac Illustrissima Excellentia Tua

Clementum infimus
JOANNES ADOLPHUS DIERNA Bonnensis.